

1530. ni fallor.

631-

Petrus Tomicki Episcopus Cracovien-  
sivensis, Vicecancellarius.

Matthia Drzewicki Episcopo  
Cujaviensi.

148

Reverendissime in Christo Pater frater  
et amice honorande,

Nocte preterita dominus Jacobus  
Isobinski canonicus ecclesie dominationis  
Vestree reverendissime è vivis Decessit, cujus  
quidem Canonatus provisio in potestatem  
et dispositionem Dominationis Vestree Reverendissime redijt.

Nihil autem Dubito Dominationem Vestram  
Reverendissimam hac oblata occasione  
Maiejawski gentilis sui sponte sua  
habitura esse rationem. Verum tamen  
ne ego et opera et adiutorio meo quere-  
rende accessionis illi deesse videar, hisce me-  
is literis plurimum illum commendo pater-  
nitati Vestree Reverendissime, et rogo ut  
illi hoc sacerdotium liberaliter conferat, et  
sit hoc pacto mihi et ceteris auctor illum  
postea ornandi et augendi fortunas suas.  
Et equidem Decet hoc plurimum Dominationem  
Vestram Reverendissimam facere,  
ut eum quem mihi sepius commendat, et  
alijs cupit harum esse et gratum ipsa  
inprimis diligat, et ditare atque promo-  
vere exordiat, presertim hac habita  
occasione, et ipso in maxima expectatio-

ne  
S



ne nunc profectiones sua constituto, quod  
si ita fecerit paternitas Vestra, ipse Pa-  
ter et amici ejus, qui illi plurimum favent  
Dominationi Vestrae reverendissime hoc stu-  
dijs suis et officiorum suorum sedulitate pro-  
mereri studebunt. Ego vero maximas illi  
ob id agam gratias. Cujus me benevolentiae  
et amoris fraterno plurimum commendo, et  
sequi felicissimam et optime incolumem  
vehementer Desidero. Datum Sit v.